43 QVAMTAE.PECVNIAE.AD.TRIBVTVS.ERIT.TAMTAM.PECVNIAM.ET.EIVS.DIMIDIVM.
II.QVOI.AD.TRIBVTVS.ERIT.DAPEDIBITO
44 INQVE.EAMRIM.ISQVO.QVOMQVE.DE.EARE.ADITVM.ERIT.IVDICEM.IVDICIVMVE.
ITA.DAIO.VTEI.DEPECVNIA.CREDITA
45 IVDICIVMQVE.DARI.OPOPTEBIT
46 QVAM.VIAM.H.L.TVEM DAM.LOCARI.OPORTEBIT.AEDQVEM.EAM.VIAM.TVENDAM.LO
CARE.OPORTEBIT.IS.EAM.VIAM.PER
47 Q.VRB.QVEIVE.AERARIO.PRAERIT.TVEM DAM.LOCATO.VTEI.EAM.VIAM.ARBITRAIV.
EIVS.QVEI.EAM.VIAM.LOCANDAM
48 CVRAVERIT.TVEATVR.QVAMTAM.PECVNIAM.ITA.QVAEQVE.VIA.LOCATA.ERIT.T.P.
Q.VRB.QVEIVE.AERARIO.PRAERIT
49 REDEMPTOREI.QVOI.ELECE.LOCATIONIS.DARIOPORTEBIT.HEREDEIVE.EIVS.DAM
DAM.AD.TRIBVENDAM.CVRATO
50 QVOMINVS.AED.ET.IIII.VIR.VIEIS.IN.VRBEM.PVRGANDEIS.II.VIR.VIEIS.EXTRA.PROPI
VSVE.VRBEM.ROM.PASSVS.
51 PVRGANDEIS.QVEIQVOMQVE.ERVNT.VIAS.PVBLICAS.PVRGANDAS.CVRENT.EIVS
QVE.REI.POTESTATEM.HABEANT
52 ITA.VTEI.LEGIBVS.PL.VE.SC.S.C.OPOPTET.OPORTEBIT.EVM.H.L.N.R.
53 QVOIVS.ANTE.AEDIFICIVM.SEMITA.IN LOCO.ERIT.IS.EAM.SEMITAM.EO.AEDIFICIO.
PERPETVO.LAPIDIBVS.PERPETVEIS
54 INTEGREIS.CONTINENTEM.CONSTRATAM.RECTE.HABETO.ARBITRATV.EIVS.AED.
QVOIVS.IN EA.PARTE.H.L.VIARVM
55 PROCVRATOR.ERIT.
56 QVAE.VIAE.IN.V.R.SVNT.ERVNT.INTRA.EA LOCA.VBI.CONTINENTI.HABETABETVR.NE
QVIS.IN IEIS.VIEIS.POST.K.IANVAR.
57 PRIMAS.PLOSTRVM.IN TEP.DIV.POST.SOLEM.ORTUM.NEVE.ANTE.HORAM.X.DIEI.DV
CITO.AGITO.NISI.QVOD.AEDIVM
58 SACRARVM.DEORVM.IN MORTALIVM.CAVSSA.AEDIFICANDARVNT.OPERISVE.PVB
LICE.FACIVM DEI.CAVSA.ADVHEI.PoRTA
59 RI.OPORTEBIT.AVT.QVOD.EX.VRBE.EXVE.IEIS.LOCEIS.EARVM.RERVM.QVAE.PVBLICE
DEMOLIENDA.LOCA.ERVNT.PVBLI
60 CE.EX.PORTAREI.OPORTEBIT.ET.QVARVM.RERVM.CAVSSA.PLOSTRA.H.L.CERTEIS.HO
MINIBVS.CERTEIS.DE.CAVSEIS.ACERE
61 DVCERE.LICEBIT

QVIBVS.

63 QVIBVS.DIEBVS.VIRGINES.VESTALES.REX.SACRORVM.FLAMINES.PLOSTREIS.IN.VRBE.
SACRORVM.PVBLICORVM.P.R.CAVSSA
63 VEHI.OPORTEBIT.QVAEQVE.PLOSTRA.TRIVMPHI.CAVSSA.QVODIE.QVISQVE.TRIVM
PHAVIT.DVCEI.OPORTEBIT.QVAEQVE.
64 PLOSTRA.LVDORVM.QVEI.ROMAE.AVT.VRBEI.ROMAE.PVBLICE.FEIENT.IN.VE.POM-
PAM.LVDEIS.CIRCIENSIBVS.DVCEI.AGEI.OPVS.
65 ERIT.QVOVEMINVS.EARVM.RERVM.CAVSSA.EISQVE.DIEBVS.PLOSTRA.INTERDIV.IN.
VRBE.DVCANTVR.AGANTVR.E.H.L.N.R.
66 QVAE.PLOSTRA.NOCTV.IN.VRBEM.IN.DVCTA.ERVNT.QVOMINVS.EA.PLOSTRA.INANIA.
AVT.STERCORIS.EXPORTANDEI.CAVSSA
67 POST.SOLEM.ORTVM.H.X.DIEI.BVBVS.IVMENTEISVE.IVNCTA.IN.V.R.ET.AB.V.R.P. PES
SE.LICEAT.E.H.L.N.R.
68 QVAE.LOCA.PVBLICA.PORTICVSVE.PVBLICAE.IN.V.R.P.VE.V.R.P. SVNT.ERVNT.QVORVM.
LOCORVM.QVOIVSQVE.PORTICVS
69 AEDILIVM.FORVMVE.MAG.QVEI.VIEIS.LOCEISQVE.PVBLICE.IS.V.R.P.VE.V.R.P.P.PVR
GANDEIS.FRAERVNT.LECIbUS
70 PROCVRATIO.ESTO.ERIT.NEIQVIS.IN.IEIS.LOCEIS.INVE.IEIS.PORTICIBVS.QVID.IN.AE-
DIFICATVM.INMOLITOMVE.HABETO
71 NEVE.EA.LOCA.PORTICVMVE.QVAM.POSSIDETO.NEVE.EORVM.QVOD.SAEPTVM.CLAV
SVMVE.HABETO.QVOMINVS.EIS
72 LOCEIS.PORTICIBVSQVE.POPVLVS.VTATVR.PATEANTVE.NISI.QVIBVS.VTEIQVE.LEG
PLVESCS.VE.C.CONCESSVM.PERMISSVMVE.ES
73 QVIBVS.LOCEIS.EX.EEGE.LOCATIONIS.QVAM.CENSOR.ALIVSVE.QVIS.MAG.PVBLICE.IS.VE
CTIGALIBVS.VLTROVE.TRIBVTEIS
74 FRVENDEIS.TVENDISVE.DIXET.DIXERIT.EIS.QVEI.EA.FRVENDA.TVENDAVE.CONDV:
TA.HABEBVNT.VT.VTEI.FRVEI.LICE[AT.]
75 VT.VTEI.EA.AB.EIS.CVSTODIANTVR.CAVTVM.EST.EI. IS.LOCEIS.VTANTVR.
[FRVANTVR]
76 T.NIS.IEIS

INSCRIPTIO minuſculo charactere repræſentata:

Orthographiâ Antiquâ;	Recentiore & vulgatâ,
1 Quem H. L. ad Cos. profiterei oporte-	Quem *Hâc Lege* ad *Conſulem* profiteri oporte-
bit, ſei is, quom eum profiterei oportebit,	bit, ſi is, quum eum profiteri oportebit,
Romæ non erit; tum quei ejus	Romæ non erit; tum qui ejus
2 necotia curabit, is eaſdem omnia, quæ e-	negotia curabit, eadem omnia, quæ e-
um, quojus necotia curabit, ſei Romæ	um, cujus negotia curabit, ſi Romæ
eſſet H. L. profiterei	eſſet, *Hâc Lege* profiteri
3 oportebit; item iſdemque diebus ad Cos.	oportebit; item iiſdemque diebus ad *Con-*
profitemino.	*ſulem* profitemino.
4 Quem H. L. ad Cos. profiterei oporte-	Quem *Hâc Lege* ad *Conſulem* profiteri oporte-
bit, ſei is pup. ſeive ea Vq. erit, tum	bit, ſi is pup*illus* ſive ea *pupilla* erit, tum
quei ejus pup. Vq.ve tutor erit, item	qui ejus pup*illi pupillæ*ve tutor erit, item
eadem	eadem-
5 que omnia in iiſdem diebus ad Cos.	que omnia in iiſdem diebus ad *Conſulem*
profitemino, ita utei ea quæ quibuſque	profitemino; ita uti ei, quæ quibuſque
diebus eum eamve, ſei pup. Vq.ve non	diebus eum eamve, ſi pup*illus pupilla*ve
	non
6 eſt, H. L. profiterei oporteret.	eſt, *Hâc Lege* profiteri oporteret.
7 Sei Cos. atque H. L. profeſſiones fierei	Si *Conſul*, ad*quem Hâc Lege* profeſſiones fieri
oportebit, Romæ non erit, tum is, quem	oportebit, Romæ non erit; tum is, quem
profiterei oportebit, quod eum profiterei	profiteri oportebit, quod eum profiteri
8 oportebit, ad Pr. Urb. aut, ſei is Romæ	oportebit, ad *Prætorem* Urb*anum*, aut, ſi
non erit, ad eum Pr. quei inter peregri-	is Romæ non erit, ad eum, qui inter pe-
nos jus deicet, profitemino; ita utei	regrinos jus *dicit*, profitemino: ita uti
9 eum ad Cos. ſei tum Romæ eſſet, H.	eum ad *Conſulem*, ſi tum Romæ eſſet, *Hâc*
L. profiterei oporteret.	*Lege* profiteri oporteret.

10 Sei ex eis Cos. & Pr. ad quos H. L. profeſſiones fierei oportebit, nemo eorum Romæ erit; tum is quem profiterei oportebit,

11 & quod eum eum profiterei oportebit. ad Tr. Pl. profitemino; ita utei eum ad Cos. Pr. Urb. eumque, quei inter peregri-

12 nos jus deicet, ſei tum Romæ eſſet, H. L. profiterei oporteret.

13 Quod quemquem H. L. profiterei oportebit, is, apud quem ea profeſſio fiet, ejus que profitebitur, nomen, & ea, quæ pro-

14 feſſus erit, & quo die profeſſus ſit, in tabulas publicas referunda curato; eademque omnia, quæ uteique in tabulas

15 rettulerit, ita in tabulam in album referunda; idque aput eorum, & quom frumentum populo dabitur, ibei ubei frumen-

16 tum populo dabitur, cottidie majorem partem diei propoſitum habeto. V. D. P. R. L. P.

17 Queicomque frumentum populo dabunt, damdumve curabit, neique eorum, quorum nomina H. L. ad Cos. Pr. Tr. Pl. in ta-

18 bula in albo propoſita erunt, frumentum dato, neve dare jubeto, neve ſinito. Quei adverſus ea eorum quei frumentum

19 dederit, is in tr. m. 1. HS. ½. populo dare damnas eſto: ejuſque pecuniæ, quei volet, petitio eſto.

20 Quæ viæ in urbem Rom. propiuſve V. R. P. ubei continente habitabitur, ſunt, erunt; quojus ante ædificium earum quæ

21 viæ erunt; is eam viam arbitratu ejus Æd. quoi ea pars urbis H. L. obvenerit, tueatur: iſque Æd. curato, uti quorum

22 ante ædificium erit, quamque viam H. L. quemque tueri oportebit, ei omnes eam viam arbitratu ejus tueantur: neve eo

23 loco adconſiſtat, quominus commode populus ea via utatur.

24 Æd. Cur. Æd. Pl. quei nunc ſunt, queiquomque poſt H. L. R. factei, createi erunt, eumve mag. inierint, iei in diebus V. proxumeis,

25 quibus eo mag. deſignatei erunt, eumve mag. inierint, inter ſe paranto, aut ſortiunto, qua in partei urbis quiſque

26 eorum vias publicas in urbem Roma. propiuſve V. R. P. reficiundas ſternendas curet, ejuſque rei procurationem

27 habeat; quæ pars quoique Æd. ita H. L. obvenerit, ejus Æd. in eis loceis, quæ in ea partei erunt, viarum reficien-

Si ex eis *Conſule & Prætoribus*, ad quos *Hâc Lege* profeſſiones fieri oportebit, nemo eorum Romæ erit; tum is, quem profiteri oportebit,

& quod eum *t*um profiteri oportebit, ad *Tribunum Plebis* profitemino; ita uti eum ad *Conſulem*, *Prætorem* Urb*anum* eumque, qui inter peregrinos jus dic*it*, ſi tum Romæ eſſet, *Hâc Lege* profiteri oporteret.

Quod quemquem *Hâc Lege* profiteri oportebit, is apud quem ea profeſſio fiet, ejus, qu*i* profitebitur, nomen, & ea, quæ profeſſus erit, & quo die profeſſus ſit, in tabulas publicas referunda curato, eademque omnia, quæ utique in tabulas

retulerit, ita in tabulam in album referunda: idque apu*d f*orum, & qu*u*m frumentum populo dabitur, ibi ubi frumentum populo dabitur, quotidie majorem partem diei propoſitum habeto: V*nde de plano recte legi poſſit*.

Quicumque frumentum populo dabunt, dandumve curabit; ne *ali*cui eorum, quorum nomina *Hâc Lege* ad *Conſulem*, *Prætorem* Tr*ibunum* Pl*ebis* in ta-

bula in albo propoſita erunt, frumentum dato, neve dare jubeto, neve ſinito. Qui adverſus ea eorum *ali*cui frumentum

dederit, is in tr*es menſes* 1. *(unum)* ſeſtertium ½ populo dare damna*tus* eſto: ejuſque pecuniæ, qui volet, petitio eſto.

Quæ viæ in urbem Rom*am* propiuſve U*rbem* R*omani* P*opuli*, ubi continente habitabitur, ſunt, erunt; cujus ante ædificium earum *ali*quæ

viæ erunt, is eam viam arbitratu ejus *Ædilis*, *c*ui ea pars urbis *Hâc Lege* obvenerit, tueatur: iſque *Ædilis* curato, uti quorum

ante ædificium erit, quamque viam *Hâc Lege* quemque tueri oportebit, ei omnes eam viam arbitratu ejus tueantur; neve eo

loco adconſiſtat, quominus commode populus ea via utatur.

Ædilis Cur*ulis*, *Ædilis* Pl*ebis*, qui nunc ſunt, quicumque poſt *Hanc Legem Rogatam* facti, creati erunt, eumve mag*iſtratum* inierint; ii in diebus (V) quinque proximis,

quibus eo mag*iſtratui* deſignati erunt, eumve mag*iſtratum* inierint, inter ſe paranto, aut ſortiunto, qua in parte urbis quiſque

eorum vias publicas in urbem Rom*am* propiuſve V*rbem* R*omani* P*opuli* reficiendas ſternendas curet; ejuſque rei procurationem

habeat: quæ pars cuique *Ædili* ita *Hâc Lege* obvenerit, ejus *Ædilis* in eis locis, quæ in ea parte erunt, viarum reficiendarum

28 darum tuemdarum procuratio eſto; utei
H. L. oportebit.
29 Quæ viam pip. ædem ſacram it ædificium
locumve publicum & inter ædificium
privatum iſt erit; ejus
30 viæ partem dimidiam is Æd. quoi ea pars
urbis obvenerit, in qua parte ea ædis
ſacra erit, ſeive ædificium
31 publicum ſeive locus publicus, tuemdam
locato.
32 Queimquomque ante ſuum ædificium viam
publicam H. L. tueri oportebit, quei
eorum eam viam arbitratu ejus Æd.
33 quojus oportuerit, non tuebitur; eam
viam Æd. quojus arbitratu eam tuerei
oportuerit, tuemdam locato:
34 iſque Æd. diebus ne minus X. antequam
locet, aput forum ante tribunale ſuom
propoſitum habeto quam
35 viam tuendam & quo die locaturus ſit, &
quorum ante ædificium ea via ſit; eiſ-
que, quorum ante ædificium
36 ea via erit, procuratoribuſve eorum do-
mum denuncietur facito, ſe eam viam
locaturum, & quo die locaturus
37 ſit; eamque locationem palam in fopo per
Q. Urb. eumve, quei ærario prærit,
facito; quamta pecunia eam
38 viam locaverit, tamtæ pecuniæ eum oſque,
quorum ante ædificium ea via erit, pro-
portioni, quamtum
39 quoiu que ante ædificium viæ in longitudi-
ne & in latitudine erit, Q. Urb. quei-
ve ærario prærit, in tabula
40 publicas pecuniæ factæ referundum cupa-
to; ei, qui eam viam iuemdam rede-
merit, tamtæ pecuniæ eum eos-
41 ve adtribuito ſine D. M. Sei is, quei ad-
tributus erit, eam pecuniam diebus XXX
proxumiis, quibus ipſe aut pro-
42 curator ejus ſciet adtributionem factam eſſe
ei, OVOI adtributus erit, non ſolverit;
neque ſatisfecerit is,
43 quamtæ pecuniæ adtributus erit; tamtam
pecuniam & ejus dimidium ii, quoi
adtributus erit, dape dibito;
44 inque eam rim is quoquomque de ea re
aditum erit judicem, judiciumve ita daio,
utei de pecunia credita
45 iudiciumque dari opoptebit.
46 Quam viam H. L. tuemdam locari opor-
tebit, Æd. quem eam viam tuendam
locare oportebit, is eam viam per
47 Q. Urb. queive ærario prærit, tuemdam
locato; utei eam viam arbitraiu ejus,
quei eam viam locandam
48 curaverit, tueatur, quamtam pecuniam ita

darum tuendarum procuratio eſto; uti *Hâc*
Lege oportebit.
Quæ via *inter* ædem ſacram *et* ædificium
locumve publicum & inter ædificium
privatum eſt, erit; ejus
viæ partem dimidiam is *Ædilis*, cui ea pars
urbis obvenerit, in qua parte ea ædis
ſacra erit, ſive ædificium
publicum ſive locus publicus, tuendam
locato.
Quemcumque ante ſuum ædificium viam
publicam *Hâc Lege* tueri oportebit; qui
eorum eam viam arbitratu ejus *Ædilis*,
cujus [*arbitratu eam tueri*] oportuerit, non
tuebitur; eam viam *Ædilis*, cujus arbitra-
tu eam tueri oportuerit, tuendam locato:
iſque *Ædilis* diebus ne minus (X) decem,
antequam locet, apu*d* forum ante tribu-
nale ſu*u*m propoſitum habeto, quam
viam tuendam, & quo die locaturus ſit, &
quorum ante ædificium ea via ſit; eiſ-
que, quorum ante ædificium
ea via erit, procuratoribuſve eorum do-
mum denuncietur facito, ſe eam viam
locaturum, & quo die locaturus
ſit: eamque locationem palam in foro per
Quæſtorem Urb*is*, eumve, qui ærario
præerit, facito: quanta pecunia eam
viam locaverit, ta*n*tæ pecuniæ eum *eo*ſque,
quorum ante ædificium ea via erit, pro-
portioni, quantum
*cuju*ſque ante ædificium viæ in longitudi-
ne & in latitudine erit, *Quæſtor* Urb*is*,
quive ærario præerit, in tabula*s*
publicas pecuniæ factæ refer*e*ndum cu*r*a-
to; &, qui eam viam *t*uendam rede-
merit, tantæ pecuniæ eum eoſ-
ve attribuito ſine D*olo* M*alo*. Si is, qui at-
tributus erit, eam pecuniam diebus (XXX)
tr.ginta proximis, quibus ipſe aut pro-
curator ejus ſciet attributionem factam eſſe
ei, qui attributus erit, non ſolverit; ne-
que ſatisfecerit is,
qua*n*tæ pecuniæ attributus erit, ta*n*tam
pecuniam & ejus dimidium ei, qui at-
tributus erit, da*r*e debeto;
inque eam re*m* is, qu*emc*umque de ea re
aditum erit *ad* judicem *judicet*, judici-
um*que* ita da*t*o, uti de pecunia credita
judicium dari opo*r*tebit.
Quam viam *Hâc Lege* tuendam locari opor-
tebit, *Ædilis*, quem eam viam tuendam
locare oportebit, is eam viam per
Quæſtorem Urb*is*, quive ærario præerit,
tuendam locato; uti eam viam arbitra*t*u
ejus, qui eam viam locandam
curaverit, tueatur; quantam pecuniam ita

quæque

quæque via locata erit, T. P. Q. Urb. quive ærario ppærit,
49 redemptorei, quoi e lece locationis dari oportebit, heredeive ejus damdam adtribuendam curato.
50 Quominus Æd. & IIII. vir. vieis in urbem purgandeis II. vir. vieis extra propiusve urbem Rom. passus
51 purgandeis, queiquemque erunt, vias publicas purgandas curent, ejusque rei potestatem habeant,
52 ita utei legibus pl.ve sc. s. c. opoptet, oportebit eum H. L. N. R.
53 Quojus ante ædificium semita in loco erit, is eam semitam eo ædificio perpetuo lapidibus perpetueis
54 integreis continentem constratam recte habeto arbitratu ejus Æd. quojus in ea parte H. L. viarum
55 procurator erit.
56 Quæ viæ in V. R. sunt, erunt, intra ea loca, ubi continenti habetabetur, nequis in ieis vieis post K. Januar.
57 primas plostrum intepdiu post solem ortum, neve ante horam X. diei ducito, agito; nisi quod ædium
58 sacrarum deorum inmortalium caussa ædificandarunt, operisve publice faciumdei causa advhei, porta-
59 ri oportebit; aut quod ex urbe exve ieis loceis earum rerum, quæ publice demolienda loca erunt, publi-
60 ce exportarei oportebit; & quarum rerum caussa plostra H. L. certeis hominibus certeis de causeis acere,
61 ducere licebit.
62 Quibus diebus virgines vestales, rex sacrorum, flamines plostreis in urbe sacrorum publicorum P. R. caussa
63 vehi oportebit; quæque plostra triumphi caussa, quo die quisque triumphavit, ducei oportebit; quæque
64 plostra ludorum, quei Romæ aut urbei Romæ publice feient, inve pompam ludeis Circiensibus ducei, agei opus
65 erit; quove minus earum rerum caussa eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur, agantur E. H. L. N. R.
66 Quæ plostra noctu in urbem inducta erunt, quominus ea plostra inania aut stercoris exportandei caussa
67 post solem ortum H. X. diei bubus jumenteisve juncta in V. R. & ab Vr. P P. esse liceat E. H. L. N. R.

68 Quæ loca publica porticusve publicæ in V. R. P.ve. V. R. P. P.

quæque via locata erit, *Tribunus Plebis Quæstor* Urb*is*, quive ærario præerit,
redemptori, cui e lege locationis dari oportebit, heredive ejus dandam attribuendam curato.
Quominus *Ædilis* & Quatuor viri viis in urbem purgandis; Duum-vir*i* viis extra propiusve urbem Ro*mam mille* passus
purgandis, quicumque erunt, vias publicas purgandas curent, ejusque rei potestatem habeant,
ita uti legibus, pl*ebisve* sc*itis*, *senatûs-consultis* oportet, oportebit eum h*âc lege nil rogare*.
Cujus ante ædificium semita in loco erit, is eam semitam eo ædificio perpetuo lapidibus perpetuis
integris continentem constratam recte habeto arbitratu ejus *Ædilis*, cujus in ea parte H*âc Lege* viarum
procurat*io* erit.
Quæ viæ in U*rbe* R*oma* sunt, erunt, intra ea loca, ubi continente habitabitur, nequis in iis viis post K*alendas* Januari*as*,
primas pl*au*strum inter*d*iu post solem ortum, neve ante horam (X) *decimam* diei ducito, agito; nisi quod ædium
sacrarum deorum i*m*mortalium caussa ædificandaru*m*, operisve publice facie*n*di causa adv*e*hi, porta-
ri oportebit; aut quod ex urbe, exve iis locis earum rerum, quæ publice demolienda loca erunt, publi-
ce exportari oportebit; & quarum rerum caussa pl*au*stra H*âc Lege* certis hominibus certis de causis agere,
ducere licebit.
Quibus diebus virgines vestales, reg*em* sacrorum, flamines, pl*au*stris in urbe sacrorum publicorum P*opuli* R*omani* caussa
vehi oportebit; quæque pl*au*stra triumphi caussa, quo die quisque triumphavit, duci oportebit; quæque
pl*au*stra ludorum, qui Romæ aut urbi Romæ publice fient, inve pompam ludis Circensibus duci, agi opus
erit; quove minus earum rerum caussa eisque diebus pl*au*stra interdiu in urbe ducantur, agantur; *ejus* h*âc lege nil rogatur*.
Quæ pl*au*stra noctu in urbem inducta erunt, quominus ea pl*au*stra inania aut stercoris exportandi caussa
post solem ortum (H. X.) *hora decima* diei bubus jumentisve juncta in U*rbe* R*oma* & ab U*rbe* R*oma* P esse liceat; E*jus* h*âc lege nil rogatur*.
Quæ loca publica porticusve publicæ in U*rbe* R*oma* P*rovinciave* U*rbi* R*omæ proxima* P sunt,

	ſunt erunt; quorum locorum quojuſque porticus
69	Ædilium forumve mag. quei vieis loceiſque publiceis V. R. Pve. V. R. P. *l* purgandeis ſrærunt lecibus
70	procuratio eſt, erit; neiquis in ieis loceis inve ieis porticibus quid inædificatum inmolitomve habeto;
71	neve ea loca porticumve quam poſſideto; neve eorum quod ſæptum clauſumve habeto, quominus eis
72	loceis porticibuſque populus utatur; pateantve, niſi quibus uteique leg. plve-ſc. ſ.ve c. conceſſum permiſſumve es
73	Quibus loceis ex eege locationis, quam cenſor aliuſve quis mag. publiceis vectigalibus ultrove tributeis
74	fruendeis tuendeiſve dixet, dixerit; eis quei ea fruenda tuendave condu:ta habebunt, ut utei, fruei liceat,
75	ut utei ea ab eis cuſtodiantur, cautum eſt. Ei....ieis loceis utantur, fru.....
76	...T. mis ieis.....
	ſunt, erunt; quorum locorum cujuſque porticus
	Ædilium, eorumve mag*iſtratuum*, qui viis lociſque publicis U*rbis* R*omæ* P*rovinciæ*ve U*rbi* R*omæ* p*roximæ* *l* purgandis *præ*erunt, legibus
	procuratio eſt, erit; nequis in iis locis inve iis porticibus *ali*quid inædificatum *im*molitumve habeto;
	neve ea loca porticumve *ali*quam poſſideto; neve eorum *ali*quod ſeptum clauſumve habeto; quominus eis
	locis porticibuſque populus utatur; pateantve, niſi quibus utique l*egibus* P*lebiſ*ve-ſc*itis* S*enatuſ*ve-c*onſultis* conceſſum permiſſumve eſt.
	Quibus locis ex *l*ege locationis, quam cenſor aliuſve quis mag*iſtratus* publicis vectigalibus ultrove-tributis
	fruendis tuendiſve dix*it*, dixerit; eis, qui ea fruenda tuendave conducta habebunt, ut uti, frui liceat;
	et uti ea ab eis cuſtodiantur, cautum eſt. iis locis utantur fr*uantur*..... ...mis iis.....

NOTÆ

IN

INSCRIPTIONEM præcedentem.

Lin. 1. H. L.] hâc lege. Sertor. Urſat. de not. Roman.

ad Cos] ad Conſulem.

profiterei] profiteri. EI pro I longo apud antiquos. Voſſ. de Art. Gramm. lib. II. cap. 4. Sic quei, ſei. ſic lin. 5. utei, 7. fierei, 12. deicet, 14. uteique, 15. ibei, ubei, 18. quei, 24. factei, createi, iei, proxumeis, 25. deſignatei, 27. loceis, 30. ſeive, 33. tuerei, 49. redemptorei, heredei, 50. vieis, purgandeis, 53. perpetueis, 54. integreis, 56. ieis, 58. faciumdei, 60. exportarei, certeis, cauſeis, 62. ploſtreis, 63. ducei, 64. urbei, feient, ludeis, agei, 66. exportandei, 67. jumenteis, 69. publiceis purgandeis, 73. tributeis, 74. fruendeis, tuendeis, fruei. Aliquando tamen retinetur *i*; lin. 21. uti, 32. tueri, 35. eis, 38. proportioni, 46. locari, 49. dari, 59. portari.

quom] quum; o pro u antiquitus. Sic lin. 17. & 24. queicomque, queiquomque, 34. ſuom, 70. inmolitom. Lege Dauſq. Orthogr. pag. 37.

Lin. 2. necotia] negotia; c pro g. Dauſq. pag. 41. Porrò vox illa componitur ex duabus, *nec*, *otium*. Feſt. *negotium*, *quod non ſit otium*.

eaFdem] Planum eſt ſphalma. Lego *eadem*, utì rectè habetur lin. 4.

quojus] & lin. 20. pro *cujus*. Voſſ. Art. Gramm. lib. VI. cap. 6.

Lin. 3. iſdem] at lin. 5. iiſdem. I pro II ponitur, ſed ſcribitur longiuſculè; ɔ Is, Voſſ. Art. Gramm. lib. I. cap. 27.

profitemino] & lin. 5, 8, 11. pro *profiteminor*. Conſule Voſſ. Art. Gramm. lib. V. cap. 14. ATTESTAMINO ex Legg. XII. Tab. Et Taubman. in Plaut. Pſeudol.

dol. Act. 4. Sc 1. ℣ 70. & Epidic. Act. 5. Sc. 2. ℣ 30.

Lin. 4. pup.] pupillus. Sertor. Urſat.

Vq.] *pupilla*. ſic lin. 5.

Lin. 5. ei] Hic eſt forſan error ex repetitione literarum in voce præcedente extremarum natus.

Lin. 7. atque] Quid ſi legatur *ad quem?* T pro D priſci crebrò ſubſtituerunt; & *m* finalis excidere, errante marmorario, potuit. Illius literæ in fine omiſſio apud Gruteri Inſcriptiones non eſt infrequens.

profeſſiones fierei] *Profiteri* eſt verbum ſolenne; quod, Budæo teſte, ſignificat, *publicè & apud Acta aliquid ultro denunciare.*

Lin. 8. Pr. urb.] Prætorem urbanum. De Prætore urbano & peregrino, & eorum creatione atque officio, fusè agit Dempſterus, Antiq. Rom. lib. VII. cap. 11. Gruter. XLVI. 5. & CCCXCIX. 6. Legis Serviliæ Fragment. lin. 12. Pr. quei. inter. peregrinos. jous. deicet.

deicet] dicit. E pro I ſæpe apud Gruter. Inſcript. & Dauſq. Orthogr. pag. 33.

Lin. 10. ex eis Cos. & Pr.] ex eis, conſule & prætoribus, — nemo eorum — Vox *eorum* videtur redundare: niſi quòd in ſolennibus hujuſmodi actis ſæpiſſime occurrant ſimiles Pleonaſmi; ἐμφάσεως forſan aut ἐξηγήσεως gratiâ.

Lin. 11. eum eum] Mendoſa (ni fallor) repetitio: aut reponerem *eum tum.*

Tr. Pl.] Tribunum plebis.

Lin. 13. Quod quemquem &c.] *Quiſquis* pro *quiſque*, ſunt qui legunt apud Cicer. lib. I. Offic.— *Colendum eſſe ita quemque maximè, ut quiſquis his virtutibus erit ornatus.* Agnoſcunt interim veterum codicum ſcripturam *quiſque*; quæ in optimis pleriſque Ciceronis editionibus retinetur.

ejuſque profitebitur, nomen] mallem, *ejus, qui profitebitur, nomen*, &c.

Lin. 14. referunda] & lin. 40. referundum, 58. faciumdei, 26. reficiundas, [at 27. reficiendarum] U pro E, ex Priſciani animadverſione, colligit Dauſq. Orthogr. pag. 118.

Lin. 15. rettulerit] Poëtæ ſolent duplicare *t*, ad producendam ſyllabam; quos antiquæ imitantur Inſcriptiones. Ald. Orthogr. pag. 681. Dauſq. pag. 271.

aput] & lin. 34. pro *apud*. T pro D. Dauſq. pag. 37.

EORVM] Legete FORVM jubet linea 34.

in tabulam in album &c.] Sic Cicer. de Oratore lib. II. ſect. 12. *efferebat in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi.*

Lin. 16. cottidie] cotidie apud Gruter. CCCCIIX. 1. lin. 13. pro *quotidie*. Lege Dauſq. pag. 263.

MAIOPEM] mendum evidentiſſimum, P pro R.

V. D. P. R. L. P.] *Unde de plano recte legi poſſit.* Sic exponunt Valerius Probus, Sertorius Urſatus, & Aldus Manutius in Orthogr.

Lin. 17. dabunt — curabit] Hujuſmodi in numeris ἀναχόλυθον lego apud Gruter. DCVIII. 4. QVISQVE—VENDIDERIT—DEDERIT—INFERENT.

damdum] & lin. 49. damdam, 43. quamtæ, tamtam, 40. tamtæ, tuemdam, 28. tuemdarum, 58. faciumdei. M pro N. (Vide Dauſq. p. 260. in voc. *quamquam, tamquam.*) Aliquando retinetur *n*; lin. 35. tuendam.

neique] Dum expecto, qui melius quiddam noverit, & candidus impertiat, proponam hìc, quod ſentio. *Neique*, vocalibus tranſpoſitis, *nequei*; deinde *quei* (*ei* pro *i*; ut ſuprà lin. 1.) pro *qui*, *nequi*; denique *qui* pro *cui* (Dauſq. pag. 261.) *necui eorum*, id eſt, *ne alicui eorum —— frumentum dato*, &c. & mox lin. 18, *quei adverſus ea eorum quei frumentum dederit*, &c. Sic intelligo, qui adverſus ea eorum cui (vel alicui) frumentum dederit &c.

Lin. 19. IN. TR. M.] Forſan *in tres menſes.*

I. HS ℔] unum ſeſtertium. Notulam ſequentem ignoro.

damnas] damnatus. Lege Oxon. Marm. CIII. Voſs. Art. Gramm. lib. III. cap. 47. Quintil. lib. VII cap. 10.

ejuſque pecuniæ, quei volet, petitio eſto.] Sic Fragment. legis Mamiliæ apud Author. Finium regund. SI QVIS ADVERSVS EA QVID FECERIT.— HS. IIII. — DARE DAMNAS ESTO PECVNIÆ Q. QVI. VOLET. PETITIO. HAC. LEGE. ESTO.

Lin. 20. V. R. P.] Sic lin. 20. urbem Romani populi.

continente] & lin. 56. continenti. Id eſt, ut puto, *continua ſive contigua ſerie aut regione*. Lin. 53, 54. ſemitam continentem. Macrob. Saturn. lib. V. cap. 15. *continentiam regionum, cohærentiam locorum.*

Sunt, erunt] omiſsâ copulativâ &. Sic lin. 56, 68, & 29, 70. eſt, erit, & 24. factei, createi, 26. reficiundas, ſternendas, 27. refi-

reficiemdarum, tuemdarum, 49. damdam, adtribuemdam, 57. ducito, agito, 60. agere, ducere, 64. ducei, agei, 65. ducantur, agantur.

earum quæ] earum aliquæ.

Lin 21. Æd.] Ædilis. Sertor. Urſat.

quoi] cui. (& lin. 27. *quoique* pro *cuique*) Gruter. DCCCCXLII. 2. Voſs. Art. Gramm. lib. IV. cap. 6. Dauſq. pag. 262. Quintil. lib. I. cap. 13.

obvenerit] Cicer. 4. Verrin.— *ea* (provincia) *cuique obvenit.*

Lin. 23. AO.CONSISTAT] Lege AD. CONSISTAT.

neve eo loco adconſiſtat, quominus, &c.] Nequid propiùs eum locum ſit, quod viam publicam intercipiat. Verbum *adconſiſto* priùs nunquam legi; neque ullius ex præpoſitionibus *ad* & *con* compoſiti memini.

Lin. 24. ~~Æd. Cur.~~ Æd. Pl.] Ædilis Curulis [&] Ædilis plebis. Sertor. Urſat. & Gruter. X. 2. XLV. 9.

POST. H. L. R.] Poſt hanc legem rogatam.

mag.] magiſtratum. Sertor. Urſat. & Valer. Prob.

proxumeis] U pro I in ſuperlativis. Dauſq. pag. 39.

Lin. 25. eo mag. deſignatei] eo *magiſtratui deſignati.* Verbum *deſigno* Dativo jungitur *magiſtratui:* quîcum ut Pronomen *eo* concordet, puto *eo* juxta antiquum flexum efferri in Dativo; ſic *altero* pro *alteri:* Dauſq. pag. 94. & Voſs. Art. Gramm. lib. VI. cap. 6.

Sortiunto] Cicer. 2. Verrin. *Prætores deſignati ſortientur. Sortio* pro *ſortior* apud antiquos ſcriptores; Ennium; & Plaut. Caſin. Act. II. Sc. 6. ℣ 43. In quem locum lege Taubman.

partei] Sic lin. 27. ſed lin. 30. partę. *Parti* in Ablativo affert ex Plauto, Lucretio, Cicerone, Voſſius Art. Gramm. lib. IV. cap. 12. Ex Manilio &c. Dauſquius Orthogr. pag. 101. Deinde EI pro I, partei. Utì lin. 1.

Lin. 26. VRBEM. ROMA.] Lego *urbem Romam* vel *Romanam.*

reficiundas, ſternendas] *viam ſternere, reficere,* apud Ulpian. Cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glareâ extra urbem ſubſternendas marginandáſque primi omnium locaverunt. *Liv. lib.* XLI. *cap.* 27. Lin. 53, 54. ſemitam lapidibus conſtratam. Lin. 26, 27, 28. viarum reficiendarum, tuendarum. Tueri viam, idem ac, munire viam, apud Sueton. Jul. Cæſ. cap. 44.

Lin. 29. QVAE. VIAM. PIP.] Totius hujus clauſulæ ſenſus (niſi fallor) eſſet lucidior, ſi verba ſic refingerentur —— *Quæ via inter* &c.

IT. AEDIFICIVM—IST. ERIT.] corrigenda ſunt; ET, EST. Quippe per operarii incuriam evenit, ut in hâc Inſcriptione lineæ tranſverſæ elementi E, & linea capitalis elementi T, lin. 40. aut minùs appareant aut ſint ſæpe ſuâ juſtâ proportione breviores. Sic lin. 43. DIBITO. & lin. 39. PRAERII pro DEBETO. PRAERIT.

Lin. 30. ædis ſacrâ] *ædis* in Nominativo caſu. Sic Varro & Plautus. Dauſq. pag. 75. & Voſs. Art. Gramm. lib. III. cap. 43.

Lin. 31. tuemdam] & 33. Sed in lin. 35. retinetur N, tuendam.

Lin. 32. QVEIMQVOMQVE] Reſcribo, QVEMQVOMQVE.

Lin. 33. quojus oportuerit] Genitivi conſtructio cum verbo *oportet* eſt omnino inſueta; ſenſum igitur & Syntaxin ſic ſuppleo; *cujus* [arbitratu eam tueri] *oportuerit* — utì ipſa, quæ mox ſequuntur, verba indicant. Neque iſthæc vocum earundem in publicis decretis repetitio cenſenda eſt ſuperflua aut inepta; quæ ad legem decretam verbis magis expreſſis diſertiſque indicendam conducunt.

Lin. 34. ne minus] *ne* pro *non.* Plaut. Moſtell. Act. I. Sc. 2. ℣ 22. Not. Taubman. pag. 617, 626, 1331.

aput] Vide priùs lin. 15.

tribunale] Ex Soſipatro *tribunale* pro *tribunal.* Dauſq. pag. 66. *tribunale* ſyllabis quatuor Quintiliano minùs probari tradit idem Dauſq pag. 320. *Tribunale* ex Tertulliano contrà Marc. afferunt nonnulli.

Lin. 37. FOPO] P mendosè pro R. Sic lin. 40. CVPATO. lin. 43. DAPE. lin. 45. OPOPTEBIT. lin. 48. PPAERIT. lin. 52. OPOPTET. & priùs lin. 16. MAIOPEM.

Q. Urb] Quæſtorem urbis. Sertor. Urſat. Quæſtor urbanus. Cicer lib. I. ad Herenn. Val. Max. lib. II. cap. 8. Gruter. DCXXVIII. 2. Q. VRB. QVEI AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT. Vide Dempſter. Rom. Antiq. lib. VII. cap. 22.

prærit] Sic lin. 47, 48. & prærunt lin. 69. pro *præerit, præerunt.* Apud Gruter. Inſcript. habentur vocum, ex quarum medio E exteritur, exempla.

loca-

locationem — facito] Cicer. in Verr. 5. *cùm locatio fieret.*

quamta pecunia eam viam locaverit] Hoc verbum Ablativo jungitur; ſicut apud Cicer. in Verr. 3. Hoc HS. DLX. millibus locaviſti. Sed lin. 48. Accuſativo, *quamtam pecuniam via locata erit*; ubi forſan lapſus eſt marmorarius: niſi fortè, juxta Græcæ ſyntaxeos conſuetudinem, accuſativus ille regatur à verbo *curato adtribuendam.*

Lin. 38. EVM.OSQVE.] Legere malo, utì lin. 40, 41. EVM EOSVE. Porrò non video, à quo regantur iſti Accuſativi lin. 38. niſi ſubaudiatur aut ſuppleatur ADTRIBVITO ex lin. 41. Lineatum 38, 39, 40, 41, 42, 43. ſenſus, quem ordo vocum perplexus &, ut mihi videtur, tranſpoſitus obſcuravit, & per crebras repetitiones implicuit, poteſt ex lin. 48, 49. faciliùs deprehendi.

Lin. 39. QVOIV QVE] Lacuna inter V & Q me monet, ut eandem expleam, legendo QVOIVSQVE; id eſt, *cujuſque.* Vide lin. 20.

tabula] Fini hujus vocis excidit litera *s*; *tabulas*, nam *publicas* ſtatim ſequitur lin. 40.

Lin. 40. pecuniæ factæ] Cicer. in Verr. 4. *pecuniam maximam fecit.*

EI] Neſcio, an non ET potius legatur.

OVII] repono QVEI. IVEMDAM] TVEMDAM. Lege not. in lin. 29.

Lin. 41. pecuniæ eum eoſve adtribuito] & lin. 41, 42, 43. adtributus, 49. adtribuendam, 41. adtribuito, 42. adtributionem. *ad-* pro *at-* Dauſq. pag. 12. ubi citat Inſcriptionem ludorum ſæcularium, EAM. PECVNIAM.DANDAM.ADTRIBVENDAM. Hìc autem Syntaxis *pecuniæ* in Genitivo cum Accuſativo *eum eoſve* notanda eſt. Aliter conſtruitur apud Liv. lib. XXXIX. cap. 44. — *terni in millia æris attribuerentur.* Quod Budæus lib. IV. de Aſſe fol. 104. exponit ſic, *attribuerentur* hôc loco ſignificat *tributi nomine ſtatuerentur.* Ad noſtræ Inſcriptionis ſenſum, Syntaxi licèt diſcrepante, accedit locus Ciceronis; Philippic. 9. — *ſtatuam faciendam & in roſtris ſtatuendam curent: quantique locârint, tantam pecuniam redemptori ſolvendam attribuendámque curent.*

ſine D. M] ſine dolo malo. Sertor Urſat. & Valer. Prob. Hæc eſt legis formula apud Romanos. Cicer. lib. III. Offic. — *Pacta & promiſſa, quæ nec vi nec dolo malo (ut Prætores dicere ſolent) facta ſunt.*

Lin. 42. OVOI] Repono QVEI. utì lin. 40. Et ſic lin. 43. lego QVEI pro QVOI.

Lin. 43. II] Lego EI.

DAPEDIBITO] Lego DARE DEBETO. Vide not. in lin. 37. 29.

Lin. 44. RIM] Lego REM.

IVDICEM] Hujus ſententiæ, utì in Inſcriptione habetur, Syntaxin non capio. Verba autem, ut ſenſum, quem (niſi fallor) præ ſe ferunt, exprimant, videntur mihi ſic refingenda: *inque eam rem is, quemcumque de eâ re aditum erit ad judicem, judicet; judiciúmque ita dato, utì de pecuniâ creditâ judicium dari oportebit.* Cicer. ad Familiar. lib. III. Epiſt. 7. *Quum ad me aditum eſſet.*

Lin. 47. ARBITRAIV] lege ARBITRATV.

Lin. 48. T. P. Q VRB] Tribunus, Prætor, Quæſtor Urbanus.

Lin. 49. LECE] Lege. Sic lin. 69. LECIbVS. C pro G. Sic ex Duillii roſtratâ columnâ Dauſquius, pag. 40. citat LECIONES, MACISTRATOS.

redemptorei] Vide not. in lin. 41. Et Sicul. Flacc. de Condition. Agrorum (pag. 10. Auctor. Fin. Regund.) *ſunt viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent; nam & curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur.*

heredei] Ald. Orthogr. *Heres, ſinè diphthongo; libri veteres, Feſtus, & lapides.* Dauſq. pag. 153. *Heres ex hero propagatum volunt.*

Lin. 50. IIII. VIR.] Quatuor-viri. Cicer. Famil. lib. XIII. *Quatuor-viris.* Dempſt. Antiq. Rom. lib. VII. cap. 29. *Conſtituti ſunt Quatuor-viri, qui curam viarum agerent.*

purgandeis] *viam purgare.* Ulpian.

II. VIR] Duum-viri. In hâc Inſcriptione Quatuor-viri vias purgabant IN URBEM ſive intrà urbem, aut in urbe; [nam antiqui jungebant IN Accuſativo, etiam cùm quietem notat. Voſſ. Art. Gramm. lib. VII. cap. 65] Duum-viri autem extra propiúſve urbem Rom. paſſus: paſſuum autem numerus non indicatur: niſi ſic diſtinguam, RO.M.PASSVS. & legam, *Romam mille paſſus.* Non mihi nunc in memoriam venit, ubi Duum-viri dicantur viis purgandis præfuiſſe. Quo officio cis & ultra Tiberim Quinque-viri fungebantur; ut tradit Pompon. Læt. de Magiſtrat. Rom. cap. 24. Duum-viri in rebus capitalibus creati ſunt primùm in Horatio perduellione judicando (Liv. lib. I. cap. 26.

&

& in ſacris ædibus faciendis (Liv. lib. VII. cap. 28.) & in navibus reficiendis (Liv. lib. XL. cap. 18.) anno circiter U. C. DLXXII. A. C. CLXXIX.

Lin. 52. legibus pl.ve. ſc. ſ. c.] plebiſve-ſcitis, ſenatûs-conſultis. Et lin. 72. leg. pl.ve. ſc. ſ.ve. c.] legibus, plebiſve ſcitis, ſenatûſve-conſultis.

H. L. N. R.] Hâc lege nil rogare. Et lin. 65, 67. E. H. L. N. R.] Ejus hâc lege nil rogatur. Sertor. Urſat. & Ald. Orthogr. Notar. Explan. ex Cicer. Epiſtol. ad Attic. lib. III. Epiſt. 23. ubi mendosè E H. I N R.

Lin. 53. ædificio perpetuo, lapidibus perpetuis] Hygen. de limit. pag. 187, 188. *perpetuos limites*, *limitis perpetua rectura*.

Lin. 54. continentem] continuam. Vide lin. 20. *Continens fundus*. Cicer. pro Cæcin.

conſtratam] Vide not. in lin. 26.

Lin. 55. procurator] mallem legere *procuratio*. Sic enim lin. 28. 70. Cicer. pro Seſt. *procuratio negotii publici*.

Lin. 56. V. R.] urbe Româ. continenti] Vid. lin. 20.

habetabetur] E pro I, utì lin. 8. Sed *habitabitur* lin. 20.

K] Kalendas.

Lin. 57. ploſtrum] plauſtrum. Et lin. 60, 63, 64, 65, 66. ploſtra. *o* pro *au*, Dauſq. pag. 37, 243. Priſcian. lib. I. de ordin. literar.

INTEP.DIV] INTERDIV] utì lin. 65.

X] decimam.

Lin. 58. inmortalium] immortalium. *n* in compoſitione antiquitus retinebatur. Dauſq. pag. 166. Vide Oxon. Marm. Indic. N. pariter, &c. Sic lin. 70. inmolitomve.

cauſſa] Sic lin. 60, 62, 63, 65. Sed cauſa lin. 58. cauſeis lin. 60. Lege Dauſq. pag. 78. Ald. Orthogr. pag. 165.

AEDIFICANDARVNT] corrigo AEDIFICANDARVM. Et mox ADVHEI] mendoſâ tranſpoſitione pro ADVEHI.

PoRTABIT] Litera o reliquis minor eſt. Sed ſolent in antiquis Inſcriptionibus literæ minuſculæ majuſculis admiſceri. Sic *b*, lin. 28. OPORTEbIT, lin. 69. LECIbVS.

Lin. 59. demolienda] Cicer. lib. I. Offic. *demoliri domum*.

Lin. 60. certeis de cauſeis] certis de cauſis. Cicer. de Orat. I.

ACERE] mendosè C pro G. Rectè lin. 57, 64, 65. agito, agei, agantur.

Lin. 62. REX] Reſcribo REG. regem: Syntaxis enim poſtulat accuſativum.

Lin. 63. triumphavit] Futurum tempus *triumphabit* mihi videtur ſenſui magis convenire. Præterea non deſunt exempla vocum, in quibus *v* pro *b* uſurpavit vetus Orthographia. Conſule Gruter. Inſcript. & Dauſq. Orthogr.

P. R.] Populi Romani.

Lin. 64. Circienſibus] Gruter. CCCCXXXI. 1. Ludos Circenſes — ſinè *i*.

Lin. 65. PIOSTRA] corrige PLOSTRA. E. H. L. N. R.] & 67. Vide priùs lin. 52.

Lin. 67. H. X.] Hora decima.

bubus] Dauſq. Orthogr. pag. 63. Voſſ. de Art. Gramm. lib. IV. cap. 15.

jumenteiſve,] *Jumentorum enim*, ait Ulpianus, *appellatione boves non continentur*. Columella igitur lib. I. cap. 6. *bos aut jumentum*—

AB. VR. P. P.] An P pro R? ab urbe Româ.

Lin. 68. V. R. P. VE. V. R. P P.] Et ſic lin. 69. An mihi licebit legere ſic — *urbe Roma, provinciave urbi Romæ proxima*? Nam P apud Sertor. Urſat. pro *provincia*: Quid autem hæc notula (*t*) hic & lin. 67. & (*b*) 19. ſignificet, ignoro.

Lin. 69. FORVMVE MAG.] corrigo EORVMVE MAGiſtratuum. Et mox FRAERVNT] PRAEeRVNT. Et LECIBVS] LEGIBVS—Vide lin. 49.

Lin. 70. NEIQVIS] NEQVIS.

inædificatum inmolitomve] Liv. lib. XXXIX. cap. 44. *Quæ in loca publica inædificata immolitáve privati habebant, intrà dies triginta demoliti ſunt*. Turneb. Adverſar. lib. I. cap. 25. *Inædificata ſunt, quæ aliquo in loco ædificata ſunt: ſed cum* in loca *dixit, ſignificavit ædificia è privato in publicum procurrentia, & aliquid loci publici occupantia. Immolita autem ſunt, quæ quis uſpiam molitus eſt. Siquis igitur privatus ante ædes ſuas podium poſuiſſet, aut menianum projeciſſet, eum id demoliri Cato jubebat*. Lege etiam Turneb. Adverſar. lib. XXVII. cap. 32. Fragment. Leg. Mamil. apud Auctor. Fin. Regund. — *Ne quis eos limites — obſeptos, neve quid in eis immolitum, neve quid ibi poſitum habeto*.

Lin. 71. ſæptum] *ſæpire* cum bivocali. Dauſq. pag. 276. & Voſſ. Art. Gramm. lib. I. cap. 43.

quominus eis loceis porticibuſve populus utatur.] Eadem ratio in loco Livii prædicto allegatur; — *ut iter populo eſſet*.

Lin. 72. ES] Lego EST. T in fine lineæ detritum eſt.

Lin. 73. vectigalibus ultrove tributeis] Liv. lib.

lib. XXXIX. cap. 44. *Vectigalia summis pretiis, ultrotributa infimis locaverunt.* Turneb. Adversar. lib. I. cap. 25. & lib. XXVII. cap. 32. *Ultrotributa sunt impensæ & attributiones operum publicorum faciendorum, & sartorum tectorum præstandorum, mancipibus & redemptoribus certâ mercede locatorum. Ultrotributa sunt, quæ præter vectigalia penduntur,* &c. Lege etiam Dausquii Orthogr. pag. 534.

Lin. 74 dixet] dixit. Vide lin. 8.

GONDVCTA] suppleo GONDVCTA. Liv. lib. XLIII. cap. 16. —— *quod publica vectigalia aut ultrotributa conducbissent.*

Vocem ultimam, quæ obscurè apparet, lego LICEAT.

Lin. 75. Hujus lineæ partes, prima, media, & ultima, defractæ sunt, quæ sensum aliquantulùm facilè reflituet.

VT (vel potiùs ET) VEI [VTEI] EA. AB. EIS. CVSTODIANTVR. CAV. TVM. EST. & utei eis viis, LOCEIS. VTANTVR. FRVantur.

Lin. 76. penitus extrita est, nec ulla vocum supersunt vestigia; præter TEIS MIS IEIS....

Cùm finem his notis imposuissem, me adiit has Inscriptiones inspiciendi gratiâ Marchio Scipio Maffei, literarum peritiâ & scriptis eruditis non minùs quàm stirpis antiquitate & nobilitate clarus. Idoneâ opportunitate usus sum, virum, qui posset me errantem corrigere & dubitantem erudire, consulendi. Is, æquè ad dandum quàm ego ad petendum consilium promptus, in duobus Latinæ Inscriptionis locis, conjecturas suas, ubi meæ me fefellerant, candidè impertivit; quas lectorem celare nolui.

Lin. 19. IN. TR. M. I.] Legit *intra mensem unum.* Quod *in tres menses* non satis Latinè dicatur; neque sestertii numerus soleat notam anteire, sed sequi.

Lin. 68. & 69. IN. V. R. P. VE. V. R. P. M.] Legit *in urbe Roma propiúsve urbem Romam passus mille.* Nam lin. 50. PRO. PIVS VE. VRBEM. RO. M. PASSVS. Nota enim M decurtata esse pars literæ M videtur.

FINIS.